



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

191. Papst Nicolaus V., der dem Kurfürsten Friedrich II. am 11. März zu  
Rom die geweihte Rose zum Geschenk gemacht hat, welche dieser in der  
Schloßcapelle zu Cöln an der Spree niederlegen will, ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56597](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56597)

chen Exaudi, Nach Crifts geburd Tawfent vierhundert vnd darnach Im fünff vnd Vierczigsten Jare.

Nachfchrift von anderer Hand:

Vnd ich obingenanter Marggraue Friderich, Wann ich ytzund in meynung byn, heilige wege zu reiten vnd funderlich das heilige Grab vnfers hern ihesu cristi zu befuchen, Also bekenn ich hute fritag nach der heiligen drier koninge tage alle difze obin gefchrieben ftucke, puncte vnd artikele, fo die von mir gefchriben steen, Bitte och alle mein Erben vnd nachkomen vnd beger von meinen testamentarien, das fie alle mein fachen, glübde vnd pufz, fo die in einer zcetel hirinnen verfloffen verzeichent fein, vfrichten vnd bestellen fullen vnd och was ich ytzund uf difzen wege fürder setczen vnd beuelhen worde, vnd habe des zu geczugniffe vnd warem orkund mein signet vnder an difze fchrift lassen drugken. Gefchehen in vnnfer Domkirchen zu Brandenburg, Nach gots gebort M°. CCCC°. vnd darnach im drie vnd funfzigsten Jaren.

Johannes Huelbergenfis  
ad premissa.

Nach dem Originale des Königl. Hausarchives. Das Signet des Kurfürsten enthält in der Größe von  $\frac{1}{2}$  Zoll das quadrate Jollerschild mit dem Buchstaben F. über demselben.

Der Zettel, welcher diesem Bekenntnisse beigefügt gewesen sein soll, ist nicht mehr vorhanden.

191. Papp Nicolauß V., der dem Kurfürsten Friedrich II. am 11. März zu Rom die geweihte Rose zum Geschenk gemacht hat, welche dieser in der Schloßcapelle zu Cöln an der Spree niederlegen will, gewährt den andächtigen Besuchern dieser Capelle einen Ablass, am 13. März 1453.

Nicolaus etc. — Uniuersis et singulis cristi fidelibus presentel litteral inspecturif salutem etc. — Flor cunctis pretiosior opibus, flor immarcessibilis et eternus, cuius pulcritudinem sol et luna mirantur, cuius odore fouentur angeli, cuius uirtute reficitur cristiana Religio, Dei filius est Dominus Jhesus cristus de Virga uenustissima omnium uirtutum floribus redimita, Spiritus Sancti operatione procedens. Huius itaque floris auri splendorem et balsami fragrantiam superantis amenital per rosam designatur auream, quam Dei Vicarius Romanus Pontifex dominica quadragesima, qua in introitu missae canitur „Letare Jerusalem” in honore deferre solet diuini nominis, ut quisquis fidelium, qui eodem die ab ecclesia ad spiritualem specialiter inuitatur letitiam, ex eiusdem conspectione Rose in eius exultet gloria, cuius hec rosa tipum gerit, et cuius roseo sanguine a diabolice potestatis nexibus sumus misericorditer liberati. Cum igitur di-

lectus filius nobilis uir Fredericus Senior, Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperij Elector, cui apud Sedem apostolicam constituto, ad eius eximie nobilitatis ac specialia fidei et deuotionis merita, quibus apud Sedem ipsam clarere dinoscitur, pre ceteris condignos prospectus habentes, pridie rosam, quam nouissime dicta die gerebamus, in signum specialis beniuolentie gratuito munere contulimus, illam, ut asserit, ad laudem diuini nominis Capelle Castris Colenn prope Sprewam Brandenburgensis diocesis per eum fundate et dotate offerre et in ea reponere intendat, ut ibidem pro incitamento deuotionis fidelium perpetuo conseruetur; Nos cupientes ut eadem Capella a cristi fidelibus congrua deuotione frequentetur, ipsique fideles eo libentius confluant ad eandem, quo ibidem dono celestis gratie conspexerint uberius se refectos, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli auctoritate confisi, omnibus uere penitentibus et confessis, qui Dominica predicta et in dedicationis ac patronorum dicte Capelle festiuitatibus eandem Capellam deuote uisitauerint, annuatim singulis Dominicis et festiuitatum huiusmodi diebus, quibus ipsam Capellam uisitauerint, ut prefertur, Septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus. Volumus autem, quod si alias dictam Capellam uisitantibus aut ad conseruationem huiusmodi manus adiutrices porrigentibus, seu alias inibi piis elemosinis erogantibus aliqua indulgentia perpetuo uel ad certum tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit, presentes littere nullius sint roboris uel momenti. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, III. Idus martij, Pontificatus nostri anno Sexto.

Aus den Regesten des Vaticanischen Geheimen Archives.

192. Papp Nicolaus macht dem Kurfürsten, seinem Bruder Friedrich, den beiden Gemahlinnen dieser Fürsten und der Nonne Margaretha von Schöneberg gewisse Zugeständnisse hinsichtlich der Abolutionsbefugniß ihres Beichtvaters und ihrer Fasten, am 27. März 1453.

Nicolaus episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis nobilibus uiris Friderico seniori et Friderico Juniori, Germanis, marchionibus Brandenburgensibus, Ac dilectis in cristo filiabus nobilibus mulieribus Catherine Friderici senioris et Agneti Friderici junioris eorundem conthoralibus, nec non Margarete de Schonenberg, moniali monasterii in Creuesse, ordinis sancti benedicti Verdensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Sincere deuotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam non indigne meretur, ut petitionibus uestris, illis prefertim, per quas animarum uestrarum salutem et conscientie pacem consequi valeatis, quantum cum deo possumus, fauorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos uestris